

REGESTO  
DI S. MARIA DI MONTE VELATE  
SEC. XIII

(Regestum S. Mariae de Monte Vellate - Saec. XIII)

A cura di  
ROBERTO PERELLI CIPPO



LA NUOVA ITALIA EDITRICE  
FIRENZE

dedit omnia sua bona presentia et futura pignori obligando dicto Alberto emptori gaurentandi et defendendi ei et suis heredibus suis expensis suprascriptam totam vendicionem sicut dant choerentie ab omnibus personis et persona contradicentibus et contradicente usque in perpetuum. Et sic posuit fideiussorem qui omnia sua bona pignori obligavit suprascripto emptori pro evicione suprascripte vendite Taninum fratrem suum de ipso l., et quisque conveniri possit in evicione quem ipse Albertus volluerit intra venditorem et fideiussorem; et cessit et dedit ei iura et actiones et raciones sibi competentes et competentia in illis duobus peciis vel pro suprascriptis.

(S M) suprascripti Anrigini qui hanc car. vendicionis fieri rogavit ut supra et suprascriptus Taninus fideiussor ut supra.

Quia sic inter eos convenit ut supra. Act. Vatisii.

(S M) Arnaldi de Martexana et Ortonis et Iohannis de Boffa et Dadini not. tt.

(S T) Ego Arnaldus iudex de Aplano et missus d. Federici imp. hanc car. tradidi et scripsi.

*Originale.*

(\*) et pratum *interlineare*.

N. 62

1210 febbraio 1, Varese.

(S T) A. dom. inc. milleximo ducentesimo decimo, die lune primo die mensis februarii, ind. XIII. Car. vendicionis ad proprium fecit Guilielmus qd. ser Manfredi de Sorario de l. Massenago in manu Alberti de Guarnerio de ipso l., pro pretio ab eo ibi accepto sol. quadraginta et duorum tert., nominative de petia una terre campi iacentis in territorio de Massenago ubi dic. ad Piazzolum: a mane rialis et in parte Petri de Sesoria, a meridie et a sero emptoris, a monte via; et dedit et cessit suprascriptus Guilielmus venditor eidem Alberto emptori omnia iura omnesque actiones sibi competentia et competentes in illa et pro illa pecia terre vendita in omnibus et in omnia, eo modo quod de cetero ipse Albertus emptor et eius heredes et cui dederint tenere et habere et possidere debeant suprascriptam peciam terre, et facere debeant de ea, una cum superiore et inferiore seu fine et accessione et omni iure et utilitate ipsi petie pertinente et iure proprietario, quicquid volluerint sine ulla

contradictione. Et unde pro suprascripto pretio et pro den. triginta quos solverat pro instrumento huius mercati et den. duodecim quos dedit pro factura huius instrumenti, convenit ipse Guilielmus venditor, obligando omnia eius bona pignori suprascripto Alberto emptori ita quod ipse Guilielmus et eius heredes defendent et gaurentabunt eam terram venditam eidem Alberto et suis heredibus et cui dederint omni tempore ab omnibus personis que pro suo dato vel facto peterent, cum suis propriis expensis, et ab omnibus aliis personis cum iure et racione et in pena dupli et interesse. Quia sic convenerunt. Act. in foro Varisio. Suprascriptus venditor hanc car. fieri rogavit ut supra legitur. Interfuerunt ibi tt. Paganus Fradenzonus de Vellate et Verceelinus de Baraxio.

(S T) Ego Carnevarius de Massenago not. hanc car. tradidi et scripsi.

*Originale.*

N. 65

1210 febbraio 21.

A. dom. inc. milleximo ducentesimo decimo, octavo die ante kal. martii. Consignavit Iohannes Carbo seu convenente d. Obizoni et Casazio de Monte S. Marie terram illam quam ipse habebat seu tenebat de facto aude proprio in l. et territorio de Baraxio. In nomine Domini. In primis petiam unam campi in Serena, que est suo proprio, tab. centum viginti et una, a mane via, a meridie ser Iohannis de Casciago, a sero S. Michaelis de Voltorio, a monte S. Antonini de Legonate; item in Verzana petiam unam terre que est zerba, tab. XX et V, omni et de suo proprio, a mane rialis, a meridie S. Marie, a sero Lanfranci Gaisoldi, a monte de Martino de Pixina de Comerio; item in Serena petiam unam prati de suo proprio, tab. XIII et ped. III, a mane viam, a meridie de Petro de Vellate et a sero idem Petrus, a monte ser Iohannem de Casgiago; item in Versagnia petiam unam campi, et est de facto, et est tab. VII minus ped. III, a mane \* \* \*; item quinta petia est in Beragia, et est de facto, tab. XII, a mane Otobelli Strepavignia, a meridie S. Ambroxi, a sero S. Marie; item ibi prope in eadem Beragiam petiam I campi de facto, tab. XV et ped. I; item ibi prope petiam I campi de facto, tab. II et ped. III, a mane viam, a meridie Otobeli, a monte S. Marie, a sero Otobeli; item in Beragnia petiam I campi de facto, tab.

III et ped. III, a mane via, a meridie S. Martini, a sero Otobeli; item ibidem prope petiam I campi de fcto, tab. VI, a mane via, a meridie S. Marie, a sero et a monte abatisse; item ad Fontanela petiam I vinee de proprio, tab. VIII et dimidium, a mane riva, a meridie Petri de Vellate, a sero Alberti Strepavinea; item ibi prope petiam I vinee de proprio, tab. III et ped. III, a mane Petri de Vellate, a meridie idem, a sero S. Martini, a monte Iohannis Bonbelli; item subtus Morina petiam I campi de fcto, tab. octo et dimidia, a mane Iohannis et a meridie idem, a sero S. Marie; item Subtrus Via petiam I campi de fcto, tab. XV et dimidium, a mane S. Marie, a meridie abatisse de Torba, a sero Uberto de Comero, a monte via; item ad Riprado petiam I campi de proprio, tab. XXII, a mane S. Marie, a meridie via, a sero Iohannem de Casgiago, a monte rialis; item ibi prope petiam I campi de fcto, tab. XVI, a mane Uberti de Usgolio, a meridie via, a sero terra suprascripti Iohannis Carbo; item ad Pidoni petiam I campi de fcto, tab. XII, a mane S. Marie et a meridie idem eccl., a sero et a monte Iohannis Bonbelli; item in Albedo petiam I campi de proprio, tab. XX, a mane via, a meridie Avosto de Vignola, a sero Iohannis Bonbelli, a monte Mainfredi Gozo; item in Albedo petiam I campi de fcto, tab. XIII et ped. III, a mane via, a meridie heredum Savie et in parte Iohannis Bonbelli, a monte Bertram de Frasso; item ibi prope petiam I de guasto de proprio cum arboribus supra, et tenet usque inter rialis, a sero via; item in Besatio petiam I campi de fcto, tab. X minus ped. III, a mane Otobeli, a meridie Arvigatii, a sero et a monte S. Marie; in Canzora petiam I vinee de fcto, tab. V et dimidium, a mane via, a meridie S. Marie, a sero ser Iacobo Blanco; item ad Bonario petiam I campi de fcto, tab. VI, a mane via, a meridie Otobeli; item ad Pasquario petiam I vine de fcto, tab. XVIII, a mane et a sero via, a meridie Iohannis Bonbelli, a monte via; item in Cortia de subtus petiam I vinee de proprio, tab. XIII, a mane et a monte S. Marie, a meridie abatisse, a sero illorum de Voltorio; item in Cortia petiam I vinee de fcto, tab. XXXVIII, a mane de Martino de Riali, a meridie S. Marie, a monte abatisse de Torba; item in Cortia petiam I vine de fcto, tab. XXVI, a mane abatisse, a meridie et a monte S. Marie, a sero illorum de Voltoiro; item prope castellum petiam I campi de fcto, tab. XIII et ped. X et dimidium, a mane rialis, a meridie S. Marie, a sero predictum castellum, a monte Lanfranco Bonbelli; intra valle petiam unam prati de proprio, a mane d. Alberti Petazani, a meridie illorum de Voltorio, a sero ser Martini de Ri, a monte Otatii Bioca de Morina, qui dicebat Tutobeno esse

suam medietatem suprascripti prati quod mensuratum non fuit (<sup>a</sup>). Item alie petie multe que hic non sunt scripte, et precipue silvas et buschos. Item petia una campi, prati, vinee et gasature cum arboribus supra ubi dic. ad Petiam Magnam sive ad Viganalem, cui coheret eccl. S. Victoris de Varixio et riale et strata, et est pert. XXII vel circha.

*Originale.*

(<sup>a</sup>) *Le parole che seguono nel testo sono scritte da mano diversa.*

N. 64

1210 marzo 7.

(S T) A. dom. inc. milleximo ducentesimo decimo, septimo die martii, ind. XIII. Investivit Cassitius, conversus eccl. S. Marie, per missum et a parte d. archipresb. Albergati, hinc ad annos viginti proximos, Ardricum qui dic. Arie et Bernardum f. eius, nominative de omnibus illis petiis terre que Iohannes Convenente olim tenuerat vel tenebat ab ista eccl. Beate virginis Marie de Monte de Vellate, preter sedimen in quo habitat, solvendo fctum omni anno decem contia vini boni musti in vedemias si erit, et si non erit intus suprascripte vinee debeat dare predicto archipresb. vel sucesoribus eius sicut ceperit sol. duodecim pro carro unoquoque et modium unum frumenti ad mensuram Med., bonum et pulcrum et sicum, datum et consignatum ad canevam suam de Vellate, et debeant petere d. archipresb. ad vendimandum, et debeant dare in vendemiam pastum unum tribus personis et suam (<sup>a</sup>) partem amesso et de carne et de pani et de pulli a fine de vendemias; et in festum s. Martini pulos duos et duos panes et sic in usu veteri continebatur; et illa star. tria quas Iohannes Convenente tenebat debet esse suprascripta investitione et totam illam terram que predictus archipresb. aquisavit a Negrone de Casgiago totum in hac investitione permaneat preter suprascriptum sedimen; et in festum s. Laurentii debeant persolvere fctum frumenti, et si non solverint suprascriptum fctum omni anno sicut in car. suprascripta legitur per suprascriptis terminis promiserunt et guarantiam dederunt et omnia sua bona pignori obligaverunt dandi et solvendi ei Casitio vel archipresb. vel sucesoribus eius omne dapnum et dispendium quod fecerint in exigendum suprascriptum fctum; unde de his hominibus et per omnia posuerunt ei fideiussores et post terminum debitores Otobellum Strepavinea et Baraxium Bordonem de Baraxio, qui

foro Varisio. Fuerunt tt. Hindunus ser Gironis de Villa et Annericus iudex de Massenago.

Ego Oto de Massenago not. sacri pal. hoc breve tradidi et scripsi.

*Originale. Data errata: il giorno 18 maggio cadeva in martedì.*

N. 67

1210 giugno 13, Velate.

(S T) A. dom. inc. milleximo ducentesimo decime, tertiodecimo die iunii, ind. tertiadecima. Finem et cesionem et legitimum transactionem et pactum de non petendo et remisionem totius eorum iuris fecerunt Girardus qui dic. de ser Viviano et Guilielmus eius f. de l. Vellate pro parabola et consensu suprascripti patris sui, in manu d. archipresb. Albergadi de Monte S. Marie et ad partem ipsius eccl., nominative de omnibus illis castaneis quas dicebant conversi predictae eccl. (\*) sibi tulise, et de omnibus iniuriis et insultis quas et quos dicebant ab ipsis conversis sustinuisse, et de omnibus iniuriis quas pro suprascriptis castaneis evenisset eis, et de omnibus faxibus illis lignarum ex quibus sententia data erat inter eos sub consulibus vel per consules Med.; item de omni illa petitione pasculi de qua item sententia data erat per predictos consules. Ita ut suprascripti d. Albergadus archipresb. et conversi et converse et earum sucesores exinde de predictis rebus omnibus sint soluti et quieti et indemnes omni tempore, et supradictus Girardus et Guilielmus cum eorum heredibus promiserunt ipsi archipresb. et conversi et converse et suis (b) sucesoribus et omnia sua bona pignori obligaverunt omni tempore tacitum et contentum permanere, et hanc finem ratam et firmam habere; et si tacitus et contentus non permanserit cum suis heredibus debeant ei archipresb. vel sucesoribus restituere (c) omne dampnum et dispendium ea occasione factum. Et pro hac fine et cesione acceperunt supradicti Girardus et Guilielmus ab ipso d. Albergado archipresb. sol. duodecim de tert., et quamvis solutio facta fuerit de dispendio et dampno nichilominus sit (d) suprascriptam finem ratam et firmam omni tempore. Act. Vellate.

Interfuerunt ibi tt. Negro domine qd. Alegre, et Redolfus Calgarius, et Iacobus de Ano de Vellate, et Zaninus de Magada de Castro Seprio.

Ego Iacobus de Piora qui sto in l. Vellate not. (e) hanc car. tradidi et scripsi.

*Originale.*

(a) Segue ipsi cancellato.

(b) suis ripetuto nel testo.

(c) Seguono le parole omnia dampna cancellate.

(d) Seguono le lettere an (probabili iniziali di antedictam) cancellate.

(e) Seguono le parole hoc breve cancellate.

N. 68

1210 novembre 25, Brebbia.

(S T) A. dom. inc. milleximo ducentesimo decimo, sexto die ante kal. decembris, ind. quartadecima. Cum lis verteretur inter presb. Albertum, capellanum eccl. S. Quirici de Trinate et officialem eccl. S. Andree de Varano, ex una parte, et ex allia parte d. Albergatum, archipresb. eccl. S. Marie de Monte Vellate, coram d. Guiliemo monacho S. Sepulcri, eccl. constructe intra l. de Trinate et l. de Commabio; et postulare ipse presb. Albertus, nomine predictae eccl. S. Andree, quatinus predictus d. Albergatus, nomine predictae eccl. S. Marie, sibi daret reddecimum totius decime integraliter blave et animalium et vini et omnium aliarum rerum de quibus decima solet dari quam predicta eccl. S. Marie habet in l. Varano et eius territorio, dicens se suprascriptum reddecimum de iure habere debere et consuevisse; et adversa parte predictus d. Albergatus respondens dicebat se ipsum reddecimum eidem presb. Alberto dare non debere, et si constaret quod dare deberet dicebat ipsum presbiterum Albertum debere recipere in refectioe decenter omnes decimarios qui colligunt suprascriptam decimam semper quando eam colligunt, et pascere eos cibus et potu onorifice, quod idem presb. Albertus penitus negabat; et causa diu erat ventilata, ambe partes compromiserunt per transactionem totam litem diffinendam sub iamdicto d. Guilielmo monacho, factis ante securitatibus utriusque partis attendenti totum hoc quod ipse d. Guilielmus per transactionem precepit, sub pena compromissa vicisim una pars alteri sol. centum imp., obligando omnia sua bona que habent habiturive sunt pignori ubique una pars alteri; ordinavit ipse d. Guilielmus quatinus iamdictus presb. Albertus nomine predictae eccl. S. Andree faceret finem nomine transactionis in manu

ciato per mezzo del Giullini, che nomina appunto un "Berardo primo dal Pozzobonello" come vicario generale dell'arcivescovo Enrico da Settala. In seguito Berardo divenne arciprete di Monza. Si noti che il Giullini, secondo i documenti da lui visti, faceva iniziare il vicariato di Berardo dall'anno 1228: la nostra carta per mette di anticipare tale data di tre anni. (Cfr. G. Grulani, Memorie spettanti alla storia, al governo ed alla descrizione della città e della campagna di Milano nei secoli bui, Milano 1760, VII, pp. 426 e 461 seg.).

N. 197

1225 agosto 8.

MCCXXV die veneris VIII mensis augusti. Coram d. Berardo de Purebonello vicario d. archiep., posuit Ardicionus de Induno in causa quam habet cum Anrico de Piora syndico canonice S. Marie de Monte nomine illius canonice, quod opus sive obstaculum vel clusa de quo vel qua queritur est ibi factum a VII annis infra.

Ambrosius Percossus exemplavi.

Copia coeva.

N. 198

1225 settembre 22, Varese.

(S T) A. dom. inc. milleximo ducentesimo vigesimo quinto, die lune nono die ante kal. octubris, ind. quartadecima. Investivit per masarecium d. Ardicio f. qd. Ardicioni de Muzo de Induno qui stat Med. ad bene fatiendum, ad meliorandum et non ad peiorandum Ubertum et Guillelmum fratres ff. qd. Tarufi de Bimio Superiori qui stant in l. Bimio Inferiori hinc ad a. vigintitres proximos completos nominatim de fornace sua de Giaverraxio, iacente apud Bimium Inferiorem cum tota terra que ipse d. Ardicius habet<sup>(\*)</sup> ibi prope circa ipsam fornacem, sicut de illa terra et fornace que fuit qd. Gardoni Coparii de l. Bimio Inferiori, dando et solvendo eidem d. Ardiciono omni a. in s. Michaelo hinc ad suprascriptum terminum pro facto predictae fornacis et predictae terre lib. sex tert. et caponos quatuor cum omni dispendio et guiderdono post terminum dato vel facto pro suprascripto facto exigendo vel mutuando. Et sic inde per omnia suprascripta et singula capitula attendenda et observanda in omnibus et per omnia obligaverunt ipsi Ubertus

et Guillelmus omnia bona eorum pignora eidem d. Ardiciono ita ut quisque eorum in solidum teneatur et conveniri possit, ita ut de cetero hinc ad suprascriptum terminum ipsi Ubertus et Guillelmus habeant et teneant et possideant predictam fornacem et predictam terram, et fatiant ex ea iure et nomine massarecii quicquid voluerint sine ulla contradictione. Et ipse d. Ardicio promisit et convenit et guadium dedit et omnia bona sua obligavit eidem Uberto et Guillelmo defendendi et guarentandi eis hinc ad suprascriptum terminum predictam fornacem et predictam terram suis expensis et dampnis. Et sic inde plures carte uno tenore fieri rogaverunt. Act. in foro Varisii. Interfuerunt ibi tt. Varisius f. Alberti de Samoirago de burgo Varisio et d. Iacobus f. qd. d. Bruni Sirengelli de l. Carronno et Abiaticus f. d. Ugacii Bossii de l. Aciate.

(S T) Ego Alkenius not. f. qd. Guillelmi de Lacassina de Varisio tradidi et scripsi.

Originale. Sul verso della pergamena, in scrittura coeva: investitura de terra de Giaverraxio.

(\*) La parola habet è interlineare.

N. 199

1225 novembre 3, Varese.

(S T) A. dom. inc. milleximo ducentesimo vigesimo quinto, die lune tertio die novembris, ind. quartadecima. Permutationem ad primum inter se vicissim fecerunt d. Albergadus Dei gratia archipresb. eccl. S. Marie ad Montes nomine et ex parte illius eccl. ex una parte, et Aldus de Xora de l. Morxollo ex altera parte. In primis dedit ille d. Albergadus archipresb. nomine illius eccl. eidem Aldo in causa permutationis presentis die proprietario iure ad habendum et tenendum petias duas terre iacentes in territorio l. de Logonate: prima est campane et a meridie illius Aldi, a sero via, a monte Passamontis de Xora; secunda est cum duabus arboribus ibi prope; a mane suprascripti Aldi, a meridie Guamberti de Vellate, a sero via, a monte abbatisse de Turba. Vice versa dictus Aldo dedit illi d. Albergado archipresb. nomine et ad partem dicte eccl. in causa permutationis presentis die proprietario iure ad habendum et tenendum petias tres terre iacentes in territorio dicti

I. de Legonate: prima est campus, tab. quinquaginta tres, et dic. ad Silviam: a mane habbattisse de Turba, a meridie accessum, a sero suprascripte eccl. S. Marie de Monte, et in parte Alberti de Vellate, a monte via. Secunda est campus, et dic. similiter, ibi prope: a mane et a monte via, a meridie et a sero habbattisse de Turba, tab. \* \* (\*). Tertia est pratum, et dic. in Prato Grasso, cum nuce una, et est tab. sedecim: a mane et a sero et a monte S. Viti de Legonate, a meridie habbattisse de Turba. Eo tenore ut amodo in antea omni tempore ipsi permutatores et eorum heredes et successores in ea eccl. habeant et teneant ac titulo permutacionis ad proprium possideant suprascriptas petias terre inter eos permutatas et sicut dantur choerentie; et faciant de eis proprietario iure quicquid facere voluerint sine alicuius persone contradicione, cum superioribus et inferioribus, cum finibus et accessionibus et ingressionibus et cum omnibus aliis ussibus et utilitatibus ipsis petiis terre pertinentibus in integrum. Preterea dicti permutatores vicissim et unus alteri et nomine illius eccl. cesserunt et dederunt et mandaverunt omnia iura omnesque actiones utiles et directas, reales et personales et ypothecarias et exceptiones et replicationes et retentiones et defensionnes et in rem actiones que et quas illi permutatores suo nomine et nomine dicte eccl. habebant et eis pertinent et spectant in suprascriptis et pro suprascriptis petiis terre inter eos permutatas ut supra continetur vel earum occaxione. Et promissurunt et gradiam dederunt obligando omnia sua bona pignori tam paterna quam ecclesiastica vicissim unus alteri dictus d. Albergadus nomine suprascripte eccl. ex una parte, et dictus Aldus ex altera, quod ipsi permutatores et eorum heredes et successores in ea eccl. defendent et guarentabunt suprascriptas petias terre inter eos permutatas ut supra continetur vicissim unus alteri suisque hereditibus et successoribus in ea eccl. et cui dederint ab omni homine cum iure et racione omni tempore et in pena dupli et interesse, et ab omnibus personis dato vel facto seu alienatione eorum seu ipsius eccl. petentibus seu contradicentibus suis omnibus dampnis et expensis a libello dato et denonciacione facta; salvo tamen et retento ab utraque parti dominio sue rei date pro defensione et ad defensionnem, omni tempore usque in perpetuum. Insuper dicti permutatores vicissim unus alteri dederunt parabolam et licentiam intrandi in possessionem et tenutam de illis terris. Quia sic inter eos conuenit. Act. in canonica burgi de Varixio. Inde plura instrumenta unius tenoris fieri rogaverunt. Interfuerunt ibi tt. Albergadus f. qd. Ottobelli Pixii de I. Vellate et Ubertinus f. qd. Piconoti de Ecclesia de I. Massenago et Iacobinus f. qd. Ugonis de Asayna de I. Barassio.

(S T) Ego Reuegiatus not. f. Iacobi de Berno de I. Casgiago hanc car. tradidi et scripsi.

*Originali.*

(\* Segue nell'originale uno spazio vuoto predisposto per l'indicazione della misura.

N. 200

1225 novembre 3, Varese.

(S T) A. dom. inc. milleximo ducentesimo vigesimo quinto, die lune tertio die mensis novembris, ind. quartadecima. Permutacionem ad proprium inter se vicissim fecerunt d. Albergadus Dei gratia archipresb. eccl. S. Marie ad Montes nomine et ex parte illius eccl. ex una parte, et Aldus de Xora de I. Morexollo suo nomine et nomine Passamontis de Xora de ipso I. ex altera parte. In primis dedit ille d. Albergadus archipresb. nomine illius eccl. eidem Aldo suo nomine et nomine illius Passamontis in causa permutacionis pressenti die proprietario iure (\*) ad habendum et tenendum petias duas terre iacentes in territorio de I. Logonate; prima quarum est pratum et dic. ad Teri: ab omnibus partibus illorum Aldi et Passamontis preter a monte; secunda est pratum ibi prope: ab omnibus partibus illorum Aldi et Passamontis. Vice versa dictus Aldo pro se et suprascripto Passamonte dedit illo d. Albergado nomine illius eccl. in causa permutacionis pressenti die proprietario iure ad habendum et tenendum petiam unam terre prati, iacentem in territorio ipsius I. de Logonate ubi dic. ad Sezellum: a mane et a meridie accessum, a sero Guamberti de Vellate, a monte Agnaxie de ser Cappello. Eo tenore ut amodo in antea omni tempore ipse d. Albergadus nomine illius eccl. et dictus Aldus suo nomine et nomine suprascripti Passamontis et eorum heredes et successores in ea eccl. et cui dederint habeant et teneant ac titulo permutacionis quiete possideant suprascriptas terras inter eos vicissim permutatas ut supra continetur in integrum; et faciant de eis quicquid facere voluerint sine alicuius persone contradicione cum superioribus et inferioribus, cum finibus et accessionibus et ingressionibus, et cum omnibus aliis ussibus et utilitatibus ipsis terris pertinentibus in integrum. Et cesserunt et dederunt et mandaverunt vicissim unus alteri, videlicet dictus d. Albergadus nomine suprascripte eccl. et iamdictus Aldus suo nomine et nomine suprascripti Passamontis omnia

tert., qui den. debent esse salvi eidem Lanterino penes dictum Albertum, et eos habere debet in antea de primis den. qui de eo vitulo extierint, et quod remanebit ultra ipsum pretium debet communiter habere per medietatem, et quem custodire et serbare debet (\*) ille Albertus bona fide sine fraude; et pro his omnibus attendendis et observandis et adimplendis promisit dictus Albertus, obligando omnia sua bona pignori eidem Spinacio, et quod restituet ei omne dampnum et dispendium quod fecerit pro suprascriptis rebus exigendis et postulandis ullo modo, renouando exceptioni non accepti vituli, salvo et reservato dominio et possessione illius vituli in ipso Lanterino donec fuerit sibi satisfactum de predictis den. et donec partem in eo habuerit. Act. in l. Vellate. Interfuerunt ibi tt. Garzoranus et Adriginus fratres ff. Asperis Garzorani et Dalfinus f. Guidonis de ser Girardo de l. Vellate.

(S T) Ego Girardus not. f. Guidonis de ser Girardo de l. Vellate hanc car. tradidi et scripsi.

*Originale.*

(\*) *Segue la parola debet ripetuta.*

N. 262

1234 dicembre 4, Varese.

(S T) A. dom. inc. milleximo ducentesimo trigesimo quarto, die lune quarto die decembris, ind. octava. Permutationem inter se ad invicem ad proprium unus alteri et una pars alteri fecerunt d. Albergadus, eccl. S. Marie ad Montes archipresb., vice et nomine ex parte ipsius eccl., ex una parte, et Ubertus Bazallerius de l. Logonate ex alia parte. In primis ille d. archipresb. nomine illius eccl. dedit in permutationem eidem Uberto ad habendum et tenendum ad proprium presenti die et hora in antea petias duo terre iacentes in territorio de Logonate, prima quarum est pratum et dic. in Prato grasso: a mane d. archidiaconi, a meridie domine abbatisse de Turba, a sero et a monte dicti d. archidiaconi; secunda est pratum et iacet ibi prope: a mane et a meridie suprascripte domine abbatisse, a sero d. archidiaconi. Unde ad invicem ille d. archipresb. recepit ab eo Uberto in permutationem ad habendum et tenendum ad proprium presenti die et hora in antea petiam unam terre prati iacentis in suprascripto territorio ubi dic. ad Camayianum: a mane suprascripte eccl. S. Marie, a meridie via, a sero accessum, a monte

accessium et domine abatisse de Turba; eo tenore quod de cetero omni tempore ipsi permutatores et eorum heredes et successores et cui dederrint habere et tenere ac titulo permutationis possidere debeant suprascriptas terras permutatas sicut supra legitur in integrum, et facere debeant de eis iure et usu proprietarii cum superioribus et inferioribus et finibus et accessionibus et omnibus iuribus et usibus et utilitatibus ipsis pertinentibus et spectantibus quicquid voluerint et eis utile fuerit sine aliqua contradictione alicuius persone; cedendo, dando, mandando illi permutatores ad invicem unus alteri omnia iura omnesque actiones utiles et directas, reales et personales et ypotecharias sibi competentia et competentes et pertinentia et pertinentes in illis et pro illis terris permutatis vel eorum occasione ipsosque permutatores ad invicem in rem suam procuratores constituerunt et fecerunt, et constituerunt se ipsi permutatores ad invicem unus nomine alterius tenere et possidere suprascriptas res permutatas, ad quam possessionem ad invicem penitus renouaverunt et se absentes exinde fecerunt, volentes ad invicem se dominium et possessionem a se discedere et unus in alium transferre et relinquere. Insuper suprascripti permutatores promiserunt ad invicem unus alteri obligando omnia sua bona pignori et etiam dictus d. archipresb. bona suprascripte eccl., ita quod ipsi et eorum heredes et successores defendent et gaurentabunt suprascriptas terras permutatas ut supra legitur in integrum unus alteri et suis heredibus et sucesoribus semper, omni tempore, ab omni homine, cum iure et usu et ratione. Ad quam permutationem dictus d. archipresb. iunxit illi Uberto sol. viginti duo tert. pro iuncta suarum terrarum; de quibus terris quilibet eorum retinuit dominium. Quia sic convennerunt. Unde plures car. unius tenoris fieri rogaverunt. Act. in canonica de Varissio. Fuerunt ibi tt. Aribertus f. qd. Manfredi de Bregano (?) et Albergadus f. qd. Otobelli Pixii de Vellate et ser Curadus f. ser Alberti de Guidone de Varissio.

(S T) L<sup>o</sup> Drudo not. f. ser Guarnerii Codemallii de l. Casgiago hanc car. tradidi et scripsi.

*Originale.*